Augustus Secundus DEI Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ
Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kyoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ
Severiæ Czerniechoviæque Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector &c &c.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis & singulis. Quia Nos singularem ha=
bentes respectum eximiorum meritorum Generosi Francisci Lada Nobis & Reipublicæ multis in occasioni=
bus qua Sago qua Toga præstitorum, cupientesque ea condigna pensare gratitudine, faciendum esse duximus,
ut Eidem Dapiferatum Novogrodensem post Fata Generosi Joannis Chojecki vacantem & ad Dispositionem
Nostram Regiam devolutum daremus & conferremus, uti quidem cum omnibus Juribus Prærogativis Im=
munitatibus & obventionibus ad hocce munus spectantibus damus & conferimus præsentibus Literis Nris
ad extrema Vitæ suæ tempora vel alterius alicujus Dignitatis seu Officij assecutionem. Quod omnibus quorum in=
terest præsertim vero Mgficis Dignitarijs Officialibus, totique Nobilitati Palatinatus Czerniechovien. notum
esse volentes, mandamus, quatenus prædictum Gnosum Franciscum Lada abhinc pro reali ac indubitato
Dapifero Novogroden. habeant & agnoscant, Eique de Loco Juribus Prærogativis Immunitatibus & Obventioni
bus de præscripto Legum usu, vel antiqua consvetudine hocce munus concernent. respondeant, & ab alijs responderi
rent pro Gratia Nostra. In quorum Fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus
Datum Vschovæ Die XIX Mensis Junij Anno Domini MDCCXXVIII Regni Vero Nostri XXXI
Anno

Augustus Rex

Dapiferatus Novogrodensis
post Fata Gnosi Joannis Chojecki, Gnoso
Francisco Lada confertur, in Palatu Czernie
choviensi

Nicolaus Zebrowski Cancus Plocen.
& Varsavien. S. R. Mtis Secrius.

J. W. Jmd. Podkand. Lenand

p mever R. P. Graff Manteuffel

361